



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Joannis Nadasi, è Societate Jesu, Annus Caelestis,
Jesu Regi, & Mariae Reginae, Sanctorum Omnis Sacer**

Anni Caelestis Dies, & Festa Mobilia

Nádasi, János

Coloniae Ubiorum, 1667

26 Aprilis. 6 Kal. Maji.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53527](#)

388 ANNI CÆLESTIS

Gregorio, Romæ, in Litaniis majoribus, sunt auditii. Outinam laterius iam in me, ac de me, in aeternum; aeternum in celo sim apud te, cum filius tuus, quorum, sicut latitium, omnium habitatio est in te!

26 Aprilis. 6 Kal. Maii.

Sancte Basilee Ep. M. cui Christus in carcere gloriosam mortem prædictum: cuius pro Christo decollati corpus in aquis monstravit Angelus; animam vero, in celo, gloriam coronatam, ostendit. qui amico tuo, in domo pellucidâ sedens, ostensus es; & caput tuum, reliquo corpori conjunctum, divinitus est repertum. Utinam ibidem, ubi tu sedes, sit locus animæ meæ, hinc migraturæ! Erit autem, si oratore pro me, apud JESUM, Angelo tuo, clamante pro me sanguine tuo, felici morte migrare ex hoc corpore faciat animam meam Deus JESUS. Amen.

S. Clete Papa M.

S. Marcelline Papa, cum Claudio, Cyrino, & Antonino, capite truncate.

O vos septendecim millia Martyrum, uno mense martyrio corona!

S. Petre

XXVI APRILIS. 389

S. Petre M. Episcope.

SS. Clarenti, & Lucidi, Episc.

S. Richari Presb. piis colloquiis
converse, in corpus severe, in pau-
peres, in captivos liberalissime: qui,
post mortem, in aulâ splendida in-
ambulare visus, & de illâ, pro bre-
vibus laboribus, datâ tibi gloriâ
gratulari, & JESU gratias agere,
auditus es.

S. Exuperantia Virgo.

OMNES SANCTI, &c.
pag. 320.

S. MARIA, quam, siue ambularet,
siue quiesceret, frequenter atque ar-
denter salutatione Angelicâ salutabat
pius Colonienfis civis. & hoc die post
mortem apparuit in ueste salutationi-
bus Angelicis undequaque ornata.
Hacerunt ornamenta mea in aterni-
tate, qua nunc tibi presto obsequia.
Fac, ut ea tibi mundo, hilari, liberali
corde exhibeam!

S. MARIA, cuius imago Roma in
montibus hodie in fœnili reperta, mul-
tis admirandis inclaruit. Sim et ego
miraculum benignæ admirabilitatis
tua: sim in templo gloria tabella voti-
va, & tessera grati animi Deo, pro
beneficiis ab illo per te in me profectis.
Triumphet in carne meâ, (qua fœnum
est) in gloriâ meâ, (qua flos fœni est)

Z 3

trium-



390 ANNI CÆLESTIS
triumphet gloria tua, & mirabilis mi-
sericordia tua!

S. MARIA, qua hodie Aldo-
brandescæ tua oranti, te spectabilens
præbens, ei, id petenti, doloris tuigla-
dium à Deo impetrâsti. Dore me ex
amore sancto sanctè pati, & mori!

27 Aprilis. 5 Kal. Maii.

Sancte Anthime Episc. qui, plu-
rimis ad Christum conversis, la-
pidibus percussum, ferreis, & igne
candentibus fibulis, talos trans-
fixus, super acutas testulas voluta-
tus, virgis cæsus, cælesti voce in-
vitabar is ad præmia æternitatis.
Tum rotæ alligatus, versatus, igni-
tis lampadibus sensim exustus, post
supplicia plura, & miracula, plu-
rèque conversos, capite tandem
plexus es exultans. Ora pro me il-
lum, pro quo hæc omnia passus es,
JESUM; ut me à torpore exciter, &
cuàtque ad ardenter pro Deo agen-
dum, & patiendum. Digna est his
æternitas, digna Christi mors, di-
gnus est Deus; ut in morte hoc mihi
fit solatio, me in rebus Dei parcum
fuisse nunquam, sed liberalem, ac
ferventem semper. Ora denique,
ut nec vivam, nec moriar vitâ tepi-
dorum,